

Bischof Benno von Meissen beurkundet einen zum Vortheil der Stiftskirche daselbst mit einem slavischen Edlen Namens Bor und dessen Söhnen wegen mehrerer Ortschaften abgeschlossenen Vertrag.
1071.

- 5 *Hilschr.:* Die Urkunde ist in zwei gleichzeitig von verschiedenen Schreibern angefertigten Exemplaren im Hauptstaatsarchiv zu Dresden (A) und im Stiftsarchiv zu Meissen (B) vorhanden. A ist als Facsimile nachgebildet im Neuen Laus. Magazin 30, Taf. 5.
Gebr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,36. Stumpf 2748.
Ann.: Vergl. Einl. 75 Ann. 62, 91 Ann. 44, 128 Ann. 79, 154 Ann. 249, 192 Ann. 159. S. A. 140 Ann. 62,
10 168 Ann. 44, 239 Ann. 79, 290 Ann. 249, 357 Ann. 159.

B[enno] Misinensis aecclesie^{a)} X^{mus} episcopus. Notum facit omnibus in Christo fidelibus, quod quidam liber homo Bor vocitatus natione Sclauus .v. villas predii || sui in provincia | Nisanen in burgwardo Woz sitas presentibus ac collaudantibus duobus filiis suis Wichardo et Liutgero^{b)} in proprium || tradidit, cum omnibus appenditiis | et pertinentiis earundem
15 villarum mancipiis areis terris cultis et incultis pratis pascuis silvis || viis et inviis aquis aquarumque | decursibus piscationibus molis molendinis ea videlicet ratione, quod sibi filiisque suis totidem villę eiusdem aecclesie^{a)}, quas ipsi collaudaverant, in beneficium darentur. Hęc sunt nomina .v. villarum, quę a Misinensi episcopo Bennone in concambium date sunt Boroni et filiis ejus, una in burewardo Ziauszo, Tesice, due in burewardo Bres-
20 nice, Luciwice et Wirnotine vocitate, una in burewardo Godiwo, Drogobudowice, item una in burewardo Trebiste, Rocina^{c)}, hac tamen condicione, ut ipse pater, quamdiu viveret, his decem villis sine omni servicio potestative potiretur, post mortem vero suam superstites filii easdem villas eque inter se dividerent et quemadmodum pater eorum vivens, quamdiu viverent, ipsi potestative eis fruerentur, et si alter eorum obiret^{d)}, hereditas illius in his
25 predictis villis ad alium non rediret, ambobus vero mortuis episcopus prenominati loci potestatem inde haberet faciendi, quod vellet. Et si pater et filii dum viverent, aliquam werram in eisdem bonis episcopo facerent, hoc est, si alicui alteri nisi Misinensi eeclesie^{d)} eiusque episcopo totum vel aliquam partem traderent vel tradere vellent, ipsi tam suis quam prediis episcopi penitus carerent. Hęc facta sunt in eeclesia Misinensi presente
30 rege Heinriche^{e)} secundi imperatoris Heinrici filio presentibus etiam venerabilibus episcopis Wezelone Magdeburgensi archiepiscopo, Annone Coloniensi archiepiscopo, Adelberto Bremensi archiepiscopo, Burchardo Haluerstetensi episcopo, Eppone Citicensi episcopo, Wernhero Merseburgensi episcopo. Laicis. Ottone duce Bauuariorum, Magno^{e2)} Saxonum

142. a) aecclesiae B. b) luthero B. c) Hęc sunt — Rocina¹⁾ fehlt B. Wohl von anderer Hand sind 3 verticale Punkte gemacht zur Verweisung auf die am Schlusse der Urkunde hinzugeschriebenen Worte: Hęc sunt nomina .v. villarum, quę a Misinensi episcopo Bennone in concambium date sunt Boroni et filiis²⁾ eius una in burewardo Ziauszo, Tesize, due in burewardo Bresnize, Luciwice et Wirnotin³⁾ vocitate, una in burewardo Godiwo, Drogobudowice, item una in burewardo Trebiste.

1) Rocina fehlt B. 2) filiis aus filliis radirt. 3) e von alter Hand wegradirt.

- 40 d) obirent A. d²⁾ eecleie A. e) heinrico A. e²⁾ magono B.